

DE CUNICVLIS PER  
 QVOS MVRVS DEFODITVR  
 aut ciuitas penetra-  
 tur.

## CAP. XXIV.

**A**LIVD genus oppugna-  
 tionis est, subterraneū  
 atque secretum, quod  
 cuniculum vocant, à  
 leporibus, qui cauernas sub terris  
 fodiunt, ibiq; conduntur. Adhi-  
 bita ergo multitudine, ad speciē  
 metallorum in quibus auri ar-  
 gentiq; venas bestorum rimatur  
 industria magno labore terra de-  
 foditur, cauatoque specu in exi-  
 tium ciuitatis inferna quæritur  
 via. Quæ fraus duplicibus opera-  
 tur insidiis: Aut enim penetrant  
 urbem & noctu, non sentienti-  
 bus oppidanis, egrediuntur per  
 cuniculum, referatisq; portis suo-  
 rum agmen inducunt, hostesque  
 in ipsis domibus perimunt igno-  
 rantes. Aut certe cum ad murorū  
 fundamenta peruenerint, suffo-  
 diunt eorum maximam partem  
 appositis siccoribus lignis, rui-  
 namq; muri tumultuario opere  
 suspendunt. Sarmenta insuper  
 iungunt, aliaque fomenta flam-  
 marum. Tunc præparatis bella-  
 toribus, subter ignis immittitur,  
 combustisq; columnis ligneis at-  
 que tabulatis, muro subito cor-  
 ruente irruptione aditus  
 referatur.

Von den Cuniculen/durch  
 welche ein Mauer vndergraben/  
 oder in eine Statt ein Eingang  
 gemacht wurde.

## Das XXIV. Cap.

**D**S ist ein ander Art zu  
 bestürmen/so da vnder der Er-  
 den vnnnd heimlich geschieht/  
 welche sie ein Cuniculum  
 heissen/von den Hasen oder Küniglein/die  
 ihre Hölen vnder der Erden graben / vnnnd  
 allda verborgen werden. Derohalben nim-  
 met man eine Menge Volcks/wie man in  
 den Bergwercken / so das Goldt vnd Sil-  
 ber ihre Adern sucht/ vnnnd durchgräbt die  
 Erden / vnnnd also mit einer außgeholtten  
 Höle oder Weg / wirdt ein Weg zu Ver-  
 derbung der Statt gesucht/welches Werk  
 mit zweyen Listigkeiten arbeitet: Entweder  
 die kommen in die Statt / vnd des Nachts  
 daß der Feindt nichts davon weiß/ so gehen  
 sie auß der Minnen heraus / vnd eröffnen  
 die Thor/vnd führen ihr Heer hinein/vnd  
 erschlagen die Feindt in ihren Häusern vn-  
 wissendt. Oder gewiß wann sie zu den Fun-  
 damenten der Mawren gekommen / so vn-  
 dergraben sie des meistentheyls / vnnnd dür-  
 Holz darzu gelegt/so machen sie einen Fall  
 der Mawren mit ihren Wercken: Sie  
 thun auch viel Keiserwerck hinzu / vnd an-  
 dere Flammenwerck. Vnd alsdann so die  
 Kriegsteuth darzu bereyt gestellt seyn / so  
 wirdt Feuer hinein gethan/ vnd also wann  
 die hölzerne Seulen vnd Breder verbren-  
 net/ die Mawren in ein Hauffen fallen/  
 vnnnd also mit einem Einfall  
 man hinein kom-  
 me.